



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 494. An & quis Judex minuere vel augere possit pœnam ordinariam seu à jure latam aut etiam arbitrariam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73982)

nus imperialis. Reiffenst. *h. t. n. 4.* si verò non est perpetua, sed temporalis, est pœna civilis, *cit. L. 28. §. 1.* Pœna non capitalis, seu neque mortem naturalem, neque civilem adferens, est damnus illarum cum infamia, v. g. prohibitio alicujus actus, aut depositio ab aliqua dignitate, *cit. L. 28. Lauterb. h. t. §. 5.* tales sunt relegatio, fustigatio, membri amputatio (puta auris, digitorum, manus, vel linguæ. *Ord. Crim. a. 107. 108. 159. 198.*) incarcerationio, stigmati inultio (quæ tamen in facie fieri prohibetur, per rationem indicatam in *L. 17. C. h. t. & DD. ibi*; etiamsi per statutum imponeretur, ut *Myns. cent. 2. obs. 46.* quæ tamen etiam in singularibus casibus quandoque adhibetur) *L. capitalium ff. h. t. L. 17. c. h. t.* His adnumeranda damnatio in opus publicum extra opus metalli, v. g. in Salinas, *cit. L. 28. §. 1. L. 8. §. 8. ff. h. t.* item multa pecuniaria fisco applicanda. *L. 2. ff. de P. §. 1. confiscatio bonorum, Lauterb. h. t. §. 7.* expositio in numellis, *Besold. Th. pr. h. v. extensio membrorum, Wippen. Carpz. h. c. n. 39. & seq.* damnatio ad tiremes, intellige, non perpetua, moderato quodam sunt corporis afflictiva; quæ ita moderandæ, ut reus inde non moriatur, juxta *Ord. crim. a. 196. & L. 8. §. 3. ff. h. t.* unde in persona debili, et si atrocitas facti requireret severiorem, moderatio tamen adhibenda ob vitæ periculum, ut & in femina lactante, ne infanti alimentatio subtrahatur. *Carpz. l. c. q. in 29. n. 24. in fine.*

4. Resp. tertio: dividitur ulterius pœna in ordinariam & extraordinariam seu arbitriariam. Ordinaria dicitur, quæ in jure expressa & determinata, sive quam lex, Princeps aut consuetudo induxit. Extraordinaria seu arbitriaria, quæ nullâ lege, statuto, vel consuetudine definita, sed extra ordinem à Judice imponitur juxta arbitrium & prudentiam illius pro qualitate delicti & variis circumstantiis, ut sit, ubi lex actum quidem prohibet, sed pœnam non statuit, aut saltem non determinat, sed Judici determinandam relinquit. Item dividitur in positivam, quæ ad sui executionem externam actionem sive ipsius delinquentis vel alterius, puta, solutionem verberationis requirit, & negativam seu privativam, quæ talem actionem non requirit, consistens v. g. in beneficii vel officii, fructuum, usus, ordinum amissione, *Castrop. rr. 3. d. 2. p. 1. n. 1. Pirh. h. t. n. 3.* Ac denique in spiritualem seu ecclesiasticam, quorum alia est vindicativa, alia medicinalis, ut sunt censuræ ad emendationem, ideòque ad certum tempus inflictæ; & in temporalem, seu non spiritualem, de quarum singulis in specie paulò infra.

Quæst. 493. An & quæ pœna ipso jure lata seu per legem annexa delicto ante omnem sententiam Judicis, etiam declaratoriam, sint subeundæ?

Resp. Videndum de hoc *me lib. 1. quæst. 125. fusè agentem.*

Quæst. 494. An & quis Judex minuere vel augere possit pœnam ordinariam seu à jure latam, aut etiam arbitriariam?

1. Resp. quò ad primam partem videri de hoc *me posse lib. 1. q. 18.*

2. Resp. Ad secundum; arbitriaria pœna cum regulari debeat ex qualitate delicti & personarum, *Guazzin. rr. ad defens. inquisitor. Tom. 2. defens. 33. c. 4. n. 7.* Judex considerare debet senectutem, juventutem, ebrietatem, iram, ignorantiam, magnam virtutem excellentiam, utilitatem reipublicæ; arbitrium enim hic accipitur non pro arbitrio libero &

R. P. Lenz, Jur. Can. Lib. 8.

absoluto, sed pro arbitrio regulato à recta ratione, sive pro arbitrio boni viri, atq. *L. Societatem. ff. pro Socio*, unde licet hodie omnes pœnæ sint arbitriaræ, ut *Guazzin. l. c. c. 16. n. 2. Engels. h. t. n. 5. Vallens. §. 4. n. 3.* possitque Judex, etiam inferior, hoc tempore pœnas legum moderari pro varietate circumstantiarum, locorum, personarum, ubi tamen non esset causa aliqua aggravandi aut minuendi pœnam, tenetur Judex pœnam legis exequi, nec esset locus arbitrio, cum virtute arbitrii concessi Judici inferiori non possit is aliquid facere non consonum iuri seu legibus, ut latè probat *Menoch. de arb. Jud. q. 9. n. 3. q. 77. n. 4. q. 87. n. 2.* juxta illud *L. 1. §. sed non ff. ad S. C. Turpil. facti* quidem quæstio in arbitrio Judicis est, pœnæ verò persecutio non ejus voluntati mandatur, sed legis auctoritati reservatur; & *c. summopere 11. q. 4.* cum leges fuerint institutæ & confirmatæ, non licebit Judici de ipsis judicare, sed secundum ipsas; nihilominus sicut stante dubio aut diversâ legum intelligentiâ, Judex semper inclinare debet in partem mitiorem, juxta *reg. 30. jur. in 6. in obscuris minimum est sequendum. & L. factum ff. de reg. Jur. in pœnalibus causis benignius est interpretandum*, ita circa reos in gravioribus criminibus legitime convictos non nimius clemens esse debet Judex, ne malefactores sensim multiplicentur, ipsique liberati graviora perpetrent, ac proinde præ oculis habenda Judici, *L. respiciendum. ff. h. t. data* Judicibus in hæc verba: *respiciendum est judicanti, ne quid aut durius aut remissius constituat, quam causa deposcat, nec enim aut severitatis aut clementia gloria affectanda est, sed propenso judicio, prout quæque expostulat, statuendum est, planè in levioribus causis proniores ad lenitatem Judices esse debent, in gravioribus pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi.*

Quæst. 495. Num pœna arbitraria extendere se possit ad pœnam mortis?

Resp. cum communiore: quamvis de jure vel consuetudine non sit imposta pœna mortis, si tamen atrocitas & qualitas delicti ob speciales circumstantias id expostuler, potest Judex, etiam non supremus, pœnam mortis imponere, cum pœna imponenda secundum qualitatem delicti. Ita arg. *c. non asseramus. 24. q. 1.* tenent cum *gl. in §. in Summa. Inst. de Injuriis. Zoël. h. t. n. 15.* allegans *Abb. Engels. h. t. n. 2. Guazzin. l. c. defens. 33. c. 16.* citatis aliis. *Reiffenst. h. t. n. 1.*

Quæst. 496. An & in quos præter fontes pœnæ cadant, extendant que se etiam ad bruta & res inanimatas?

1. Resp. primò: Pœnis subjiciuntur solùm fontes seu homines dolosi, facinorosi, & noxii; pœnæ enim suos tenent authores, & metus ulterius non progreditur, quam reperitur delictum. *L. 22. c. h. t. L. 74. & L. 155. ff. de reg. Jur. c. 12. 23. eod. in 6.* Unde nec dominus pro servo puniendus. Estque generalis regula: nullum pro alterius delicto puniri debere, ut pluribus exorat *Farin. L. 1. pr. crim. tit. 3. q. 24. n. 1. Covar. 2. Var. c. 8. num. 7. Castrop. rr. 3. d. 2. p. 6. n. 1.* Unde nec dominus innocens ob delictum servi punitur. *L. 1. §. 12. ff. de vi & vi armata*, nec uxor pro marito, *L. 24. C. de donat. inter vir. & uxor.* nec filius pro patre. *L. 26. ff. h. t. & tot. t. C. ne filius pro patre.* nec pater pro delicto filii. *c. 2. de delict. puer. Levit. c. 14. Deuter. c. 24.* Unde ob crimen lætæ majestatis filii privatur legitimâ, quæ illis obvenire debebat, quia ea

Ll 2

non